INDEX

Librorum MSS. Graecorum,

ET

Verſionum Antiquarum

NOVI FOEDERIS,

QUOS

Viri eruditiſſimi J. MILLIUS & L. KUSTERUS cum tertia editione STEPHANICA contulerunt.

Studio & opera

JOSEPHI HALLET, J. Fil.

LONDINI:

Typis J. DARBY & T. BROWNE; & Impenſis JOANNIS NOON in Vico dicto Cheapſide, juxta Scellum Metaxariorum.

M.DCC.XXVIII.

MVSEVM
BRITAN
NICVM

PRAEFATIO.

CUM foederis novi, aeque ac veteris, libri ſint θεόπνευστοι, ideoque divina norma, ad quam fidem vitamque ſuam omnes chriſtiani dirigere obligantur; ut nobis pura atque incorrupta Apoſtolorum ſcriptura ſuppeteret, maxime eſt optandum. Ex ipſis enim Apoſtolorum, minime vero librariorum haud raro oſcitantium, verbis Chriſtiana regula eſt conſtructa. Si ſcriptorum ſacrorum adhuc extitiſſent αὐτόγραφα, ex iis, quid in omnibus novi foederis locis ſcripſerint, facillime certeque cognoſci poſſet; ſed, eheu! multis abhinc ſeculis prorſus interiere, & primaevam veramque ſcripturam, plurimis in locis, non, niſi conjectura, jam aſſequi poſſumus. Licet enim, ſingulari Dei providentia, in omnibus ad ſalutem aeternam facientibus ſcriptura ſacra ad nos pervenerit ſine dubio incorrupta, & inter omnes libros novi foederis manu ſcriptos de iſtis conveniat; attamen ex libris manu ſcriptis hodie extantibus nullus eſt, qui non ſordibus variis ſit inquinatus, nec duo aliqui, in quibus haud parva non occurrat

lectionum differentia. Quarum varietatum, collatione verſionum antiquarum & inter ſe, & cum MSS. Graecis, augetur numerus. Nec eſt, quod ſentiamus ullum ex his MSS. vel verſionibus ſeorſim eſſe omnibus numeris accuratum, & perfectum; ſed, omnibus collatis, veram Apoſtolorum ſcripturam, illa immenſa fere variarum lectionum copia obrutam, quantum a librariorum naevis eam diſtinguere in nobis erit, omnibus veſtigiis indagare & eruere conandum eſt. Unus enim liber unius loci veram nobis ſuppeditare videtur lectionem, alterius alter. Hinc inducti fuerunt pii, & Graecis literis eruditi viri, a prima uſque purioris religionis, & artium ingenuarum inſtauratione, omnes librorum manu ſcriptorum, qui ad manum aderant, lectiones variantes in unum locum colligere, & ex iis iſtas, quae ſibi antiquae & apoſtolicae videbantur, ſeligentes, inter Apoſtolorum verba reponere; quo ſcriptura ſacra, expurgatis ſordibus, in priſtinum ſuum, eumque pulcherrimum ſtatum, quantum in illis ſitum erat, reſtituta conſpiceretur. Atque utiliſſimam ab iis hic datam eſſe operam nemo negabit, qui non ipſe prorſus in bonis literis ſit rudis. Quibus etiam gratia maxima eſt habenda, quod lectiones variantes ſummo labore a ſe collectas cum orbe literato communicarunt. Hoc enim modo iis, quibus libros MSS. videre non contigit, opitulati ſunt ad judicandum de

de vera ſcripturae lectione, mente eadem libera, qua illis, qui libros MSS. ipſi introſpexerant, uti fas erat. In perpetuum, hoc nomine, celebranda eſt memoria *Eraſmi*, *Stephanorum*, *Bezae*, *Veleſii*, *Lucae Brugenſis*, *Curcellaei*, *Felli*, aliorumque omnium, qui in hoc ſtudio ſe exercuerunt, & in uſum doctorum publicum lectiones, quas obſervaſſent, variantes divulgarunt. Nuper vero, hoc noſtro ineunte ſeculo, doctiſſimus & praecellentiſſimus *Millius* omnes ſuperiores diligentia, judicio, ſumptibus immenſis, atque lectionum variarum copia, planiſſime anteivit. Cujus operi magnifico additamentum aliquod minime ſpernendum clariſſimi *Kuſteri* cura demum acceſſit.

Hiſce adminiculis inſtructus, veterem veramque novi foederis ſcripturam pro virili parte incipiens indagare, id cumprimis neceſſe expertus ſum, ut ſemper accuratum librorum MS. & verſionum indicem ad manus haberem. Qualem ſi *Millius* vel *Kuſterus* perſcripſiſſent, & in ſuis N. T. editionibus divulgaſſent, me ſane, ſi non & alios lectores multos, magno onere levaſſent, atque adeo opera ſua multo perfectiora, & majori cum fructu legenda reddidiſſent; quorum uſum cum ea ratione haud parum obſtructum deprehenderim, ad *Indicem* ejuſmodi componendum memet accinxi. Nec ſane levis erat laboris, ex longis *Millii* prolegomenis, ea omnia,

nia, quae ad hanc rem pertinebant, in unum colligere. Quum autem eum perfeceram, & mihi utiliſſimum expertus eram, viſum eſt illum cum doctis quibuſdam, more meo, communicare; qui ſtudium meum approbantes, ut divulgarem enixe ſunt hortati. Inertiam & deſidiam meam, quae per annos decem perduraverat, tandem vici, & illorum deſiderii expectationem, (ſed eheu! poſt duorum ex optimis & doctiſſimis amicis, *Iſaaci Gilling*, & *Jacobi Peirce*, funera acerbiſſima) explere conatus ſum. Hactenus, benigne lector, hujus operis, qualecumque ſit, cauſam habes. Quid autem hic a nobis praeſtitum ſit, jam paucis accipe.

Omnium igitur librorum Graecorum manu ſcriptorum, verſionumque antiquarum novi foederis, quos *Millius*, & *Kuſterus* cum tertia & nitidiſſima *Roberti Stephani* editione, anno MDL typis vere regiis impreſſa, contulerunt, *Indicem* exhibemus duplicem. In priori librorum MSS. verſionumque nomina, at διὰ σημείων ſcripta, literarum ordine digeſſimus: addito ſimul numero, quo in poſteriori, qui uſus eſt praecipui, unuſquiſque liber MS. vel verſio citius inveniatur. Indicem enim hunc priorem in eum duntaxat finem confecimus, ut, numerorum appoſitorum ope, facilius ad poſteriorem adeatur.

Quae autem in poſteriori & majori indice praeſtitimus, haec ſunt. Illum in qua-

tres ſeries, ſive columnas, ut hodie loqui amant, diſtribuimus. In prima, ordine recenſuimus librorum MSS. & verſionum numeros, qui ſingulis in priori indice numeris reſpondent: atque hac ratione, prioris indicis ope, uniuſcujuſque libri MS. ac verſionis locus in hoc poſteriori facillime poteſt inveniri. Series ſecunda dat σημεῖα brevia, ſeu contracta nomina, quibus *Millius* & *Kuſterus*, inter obſervata ſua, libros MSS. & verſiones deſignare ſolent. Tertia, praeter librorum MSS. & verſionum nomina plene ſcripta, & notatas quibus inſunt libri MSS. bibliothecas, uniuſcujuſque libri MS. & verſionis dignitatem tradit, hoc eſt, ſit magni an parvi pretii, ſeu (ut *Millii* verbis utar) *bonae vel malae notae*; item an omni opere ſit integer, an aliqua parte mutilus, an temporis injuria adeo corruptus, ut literarum ductum non liceat aſſequi. Hanc autem ſeriem ita in partes ſeu capita diviſimus, ut inſpicienti illico plane appareat, quoſnam novi foederis libros unuſquiſque liber MS. complectatur. Exempli cauſa, *Codicem Alexandrinum* invenies collocatum inter iſtos libros MSS. qui omne novum foedus continent, a quo tamen periiſſe obſervatur omnia folia ab initio uſque ad Cap. xxv. Matthaei, &c. *Colb.* 1. unus eſt ex iis libris, quibus continentur quatuor ſolum evangelia: & ita de caeteris. In hanc eandem quoque ſeriem cujuſque

libri MS, & verſionis aetatem retulimus, hoc eſt, quo, poſt natum Chriſtum ſeculo deſcriptus perhibetur, ſignificavimus. Tam aetatem autem quam dignitatem librorum MSS. ex clariſſ. *Millii* & *Kuſteri* fere judicio, idque ſuis ipſorum verbis, quoties illud pronuntiavere, deſcripſimus: iis ſcil. *Kuſteri*, ubi de duodecim MSS. ab eo cum *Millii* editione collatis loquimur; in reliquis vero *Millii*, quando neminem nominamus. Minime verum noſtrum interpoſuimus judicium, quod in his rebus nullum eſſe poteſt, cum libros MSS. verſandi, & in eo ſtudii genere noſmet exercendi, nunquam adhuc ſeſe obtulerit occaſio.

Nonnulla quidem in hoc indice deſiderantur; atqui perfectiorem reddere non potuimus, cum de dignitate & aetate quorundum librorum MSS. judicium ſuum non protulerit *Millius*. Maxime igitur optandum eſt, ut critici aliqui, quibus via in bibliothecas publicas libris MSS. inſtructas ſit aperta, hos denuo perluſtrent, & additamentis neceſſariis eum locupletent.

Majoris hujus indicis uſus eſt ejuſmodi, ut ſine moleſto negotio, ope illius, librorum MSS. quibus unuſquiſque novi foederis liber deſcriptus eſt, poſſis numerum computare. Verbi cauſa, *Matthaei evangelium* in duobus & ſeptuaginta ex *Millii* MSS. in decem ex *Kuſteri* ſcriptum invenies; *epiſtolam ad Hebraeos* in uno & quadraginta ex *Millii* MSS. in uno e *Kuſteri*. Atque

que hac ratione inita & ſubducta, quot & quibus libris MSS. unaquaeque e variis ejuſdem loci lectionibus exſtat, facillime poteſt cognoſci: quod haud alia ratione tam cito cognoſces. *Millius* enim inter lectiones obſervatas variantes nunquam, aut rariſſime ſaltem, libros MSS. nominatim profert, quando eorum lectiones inter apoſtolorum verba in ſua editione poſuit *Rob. Stephanus*; ſed tantum cum a *Stephani* editione, ad quam *Millius* conformavit ſuam, ſint diverſae. Sin autem ſingulas inter illam editionem & libros MSS. differentias notavit *Millius* (ſicut nos judicare voluit de ſua cura & fidelitate) utique colligendum eſt, omnes eos libros MSS. quos ad aliquam lectionem variantem non nominavit, ibi cum *Stephani* editione optime convenire: quorum librorum MSS. non notatorum nomina, numerum, & pretium ex indice noſtro depromere poſſumus. Atque eo pacto in nobis erit judicare, quaenam e variis lectionibus ſit potior & praeferenda, collatis videlicet utrinque libris MSS. Ita ſi vis judicare, utra ſit vera & antiqua *Apoc.* i. 8. lectio, Κύριος, an Κύριος ὁ θεὸς, cognoſcere neceſſe eſt non ſolum quot libri MSS. κύριος ὁ θεὸς ſcriptum habent ab editione *Stephanica* diverſum, quos in ſuis ad hunc locum annotatis nominatim appellavit *Millius*; ſed etiam quot, & qui libri MSS. ibi cum hac editione conſentiunt: quemadmodum optime notavit Seneca,

Qui ſtatuit aliquid parte inaudita altera,
*Aequum licet ſtatuerit, haud aequus fuit.**

Quapropter ex indice noſtro quaero, quot libri MSS. hunc Apocalypſeos librum includunt. Horum ibi numerati ſunt xv. Cum itaque e *Millii* annotatis κύριος ὁ θεὸς ſcriptum invenio in novem libris MSS. nimirum *Steph.* ιε. *Alex. Pet.* 2. 3. *Hunt.* 1. *Cov.* 2. *L. Baroc. M.* exinde colligo alteros ſex libros MSS. (ni forte eorum aliquis ſit hoc loco mutilatus) receptam lectionem, κύριος, retinere. Index etiam inſpicientes docet hos ſex libros MSS. eſſe *Steph.* ις. *Sin. Barb.* iv. Quos omnes utrinque libros MSS. una cum antiquis verſionibus & ſcriptoribus chriſtianis, cum lectionis momentum id poſtulat, ordine ſequenti diſponere nobis videtur perutile, quo judicium de hac re fiat limatius & certius.

Κύριος ὁ θεὸς.	Κύριος.
Libri MSS.	Libri MSS.
Steph. ιε. inter meliores, antiquior.	Steph. ις. Inter meliores.
Alex. Optimus, Antiquiſſimus.	Barb. iv.
Pet. 2. E probatioribus.	

* Medea Act. ii. ſc. 2.

Pet. 3.

Pet. 3. Bonae notae.
Hunt. 1. Notae praestantioris, Seculo 10.
Cov. 2. E probatioribus, Script. A. D. 1087.
L. recentior, notae minus probae.
Baroc E probatioribus, Seculo 12.
M. Notae probatioris, recentior.

Versiones.
Vulg. Syr. Arab.

Sin. Madore tantopere corruptus, ut perierit plane ipsius pars maxima.

Θεὸς.
Versio
Aethiopica.

Facta igitur in hujuscemodi tabula librorum MSS. & versionum collatione, numeri pretiique intuitu, verisimillimum videtur lectionem, Κύριος ὁ θεὸς, quam respuit *Stephanus*, Apostoli fuisse germanam; quia nimirum plurimi & optimi libri MSS. & versiones eam retinent.

Hactenus de nostri indicis origine, natura, & usu satis esse dictum credimus. Alia vero monita quaedam de paucis in eo omissis hic adjungere libet; ne omisisse videamur quae addere debuimus.

In primis lectorem moneri volumus τὸ σημεῖον, *Steph.* α, in *Millii* annotatis, editionem novi foederis Complutensem denotare; quam non in omnibus Graecis se-

qui MSS. ſed in locis quibuſdam libris accommodari Latinis, ex 1 *Joann.* v. 7, 8. ſuſpicari licet: *Wech.* autem deſignare *Wechelii* lectiones librorum impreſſorum: quare neutri in hoc Indice locum dedimus. Ubicunque igitur ad eandem lectionem, in editione Milliana Oxonienſi, & *Steph.* α. & *Comp.* notata videas, alterutrum deleri debet, quippe quae unum idemque deſignant.

Profert etiam *Millius* quendam librum ſub titulo *Lu.* De quo, quicquid ſit, nil dicit, aut in prolegomenis ſuis, aut annotatis, aut appendice; ideoque quid de eo pronuntiari debeat, mihi eſt incertum. Attamen librum eſſe, cujuſdam partis novi foederis manuſcriptum conjecto, quia in appendice, ubi ſolum laudatur, inter librorum MSS. nomina ante nominavit, quam ad verſiones & ſcriptores eccleſiaſticos, quos ultimo loco ſemper poſuit, deventum eſt. Sic in Append. edit. Oxon. ad pag. 516. Col. 1. lin. 4. ib. haec notata videas, *Ger. Lu. Cant.* 3. *Ald.* Nec eſt quod opinemur hoc σημείῳ *Millium* denotaſſe *Luciferum Calaritanum*, quem ſemper deſignat σημείῳ, *Calaritan*, neque Colinaei N. T. Lutetiae editum, quod ſemper deſignat σημειῳ *Col.* Quinetiam inſuper Colinaei editio totum complectitur N. T. Lu non item. Hoc *Lu.* quicquid ſit, laudatum invenimus in annotatis ad omnes novi foederis libros, exceptis tantum quatuor *Evangeliis*, *Philem. Heb.* & *Apoc.*

Ob-

Obſervandum eſt inſuper Barb. 2. Barb. 3, &c. deſignare duos, tres, &c. e libris MSS. Cardinalis *Barbarini* juſſu collatis, minime vero ſecundum, tertium, &c. licet in loco omni alio numeris hujuſmodi τῖς σημείοις additis certum ſit *Millium* deſignaſſe primum, ſecundum, tertium, &c. ut *Cov.* 2. eſt *Covel.* ſecundus; *Pet.* 3. eſt *Petavii* tertius.

" Illae ſchedae, (verba ſunt *Millii*) " quibus" (in annotatis ad Chriſti genealogiam apud *Lucam*) " ex errore *Colb.* 9. " 10, 11. titulos dedimus, ſunt apographa " συλλογῆς *Colbertinae* primae, & ſecundae." Proleg. p. 165. Col. 2. Edit. Oxon. Ideo haec omiſimus.

Liber MS. *Uſſerianus* ſecundus " ut ex " collationibus conſtat (inquit *Millius*) is " ipſe eſt cui titulum *Em.* [Emmanuel " Col. Oxon.] dedit *Waltonus* in appen- " dice bibliorum." Proleg. p. 160. Col. 1. Quare noſtro indice hunc *Em.* etiam plane excluſimus. Atque ex iis, quae de hoc libro dixit *Millius*, colligendum eſſe videtur unum e σημείοις ejus (aut *Uſſer.* 2. aut *Em.*) ex *Millii* annotatis, & appendice ipſa, ubicunque ambo ſimul occurrunt, poſſe deleri.

Optandum eſt denique, ut certiores nos feciſſet *Millius* de partibus iis evangeliorum, quas lectionaria evangelica complectuntur. Hoc tantum a *Millio* didicimus " Lectionarium evangelicum eſſe codi-

" cem

" cem lectionum ex evangeliis ſumpta-
" rum in uſum eccleſiae — ſingulis die-
" bus feſtis aſſignatarum; quod typis ex-
" cuſum prodiit Venetiis, anno M.D.XCIX.

Haec habui de concilio, & opuſculo noſtro, quae dicerem; ex quo utinam alii haud minorem fructum in poſterum percipiant, quam ego jam percepi. Vale.

INDEX

INDEX PRIOR.

A.

AETH. Aethiop. 105
Alex. 1
Arab. 106
Armen. 107

B.

B. 1. 12
B. 2. 68
B. 3. 95
Barb. 11, 67, 98
Baroc. 81
Bodl. 1. 13
Bodl. 2. 14
Bodl. 3. 46
Bodl. 4. 47
Bodl. 5. 48
Bodl. 6. 15
Bodl. 7. 16
Borner. 104
Bu. 17

C.

Cant. 1. 60
Cant. 2. 80
Cant. 3. 87
Catena. 92
Chryſoceph. 58
Clar. 89
Colb. 1. 18
Colb. 2. 19
Colb. 3. 20
Colb. 4. 55
Colb. 5. 57
Colb. 6. 65
Colb. 7. 88
Colb. 8. 21
Copt. 108
Cov. 1. 22
Cov. 2. 82
Cov. 3. 69
Cov. 4. 70
Cypr. 23

E.

Eph. 24
Euthal. 71
Euthym.

Euthym. 25

G.

Gal. 26
Genev. 72
Ger. 90
Go. 27
Gon. 28
Goth. 109

H.

Hunt. 1. 83
Hunt. 2. 29

L.

L. 2
Laud. 1. 30
Laud. 2. 3
Laud. 3. 66
Laud 4. 49
Laud. 5. 31
Lin. 1. 32
Lin. 2. 73
Lipſ. 101

M.

M. 1. 64
M. 2. 50
Magd. 1. 4
Magd. 2. 93
Med. 33
Mont. 63

N.

N. 34
N. 1. 79
N. 2. 74

P.

Paris. 102
Per. 35
Perſ. 110
Pet. 1. 75
Pet. 2. 84
Pet. 3. 85

R.

Rhodenſis Codex. 97
Roe. 1 36
Roe. 2. 91

S.

Sax. 111
Seidel. 103
Seld. 1. 37
Seld. 2. 38
Seld. 3. 39
Seld. 4. 51
Seld. 5. 52
Sin. 86
Steph. β. 61
Steph. γ. 40
Steph. δ. 5
Steph. ε. 6
Steph. ϛ. 41

Steph. ζ. 7
Steph. η. 62
Steph. θ. 8
Steph. ι. 76
Steph. ια. 77
Steph. ιβ. 42
Steph. ιγ. 78
Steph. ιδ. 54
Steph. ιε. 94
Steph. ις. 99
Syr. 112

T.

Trin. 96
Trit. 59

V.

Vat. 9
Vel. 100
Vien. 10
Usser. 1. 43
Usser. 2. 44
Vulg. 113

W.

Wheel. 1. 45
Wheel. 2. 56
Wheel. 3. 53

INDEX

Libb. MSS. Gr. et Verſionum

NOVI FOEDERIS.

Libri MSS. Gr. qui continent

Integrum Nov. Teſt.

Num.	Σημεῖα.	
1.	Alex.	ALexandrinus. Incipit a Matth. xxv. 6. Caret omnibus a Joan. vi. 50, ad viii. 52: item a 2 Cor. iv. 13, ad xii. 7: et a 1 Cor. vi. 3, ad ver. 7. In bibliotheca regia Londini. Codex *optimus, antiquiſſimus.* Scriptus *centuria* IV: judice cl. Grabe *haud diu ante* A. C. CCC.XC.VI.
2.	1.	Leiceſtrenſis. Incipit a Matth. xviii. 15. Deſunt Apoc. capp.

Num.	Σημεῖα.	
		xxi, xxii: et a Judae ver. 7, ad fin. epiſt. In bibliotheca quadam Leiceſtriae repoſitus. *Notae minus probae. Recentior.*
		Integrum N. T. excepta Apocal.
3.	Laud. 2.	Laudi ſecundus. In bibliotheca Bodleiana Oxon. *Gemellus Vat. at purior iſto.* Scriptus *centuria* XIII.
4.	Magd. 1.	Magdalenae coll. Oxon. primus. Caret decem prioribus verſibus Marci. *Inter praeſtantiſſimos. Centuria* X.
5.	Steph. ϛ.	Stephani (Roberti) ϛ. In bibliotheca regia Pariſ. *E melioribus. Cent.* XI.
6.	Steph. ε.	Stephani ε. Ibid. *Inter praeſtantiores. Centuria* XI.
7.	Steph. ζ.	Stephani ζ. Ibid. *Quantivis pretii. E regiis antiquiſſimus.*
8.	Steph. θ.	Stephani θ. *E praeſtantioribus. Centuria* XI.
9.	Vat.	Vaticanus. Deſunt ab Heb. ix. 14. ad finem epiſt. Deſunt epiſtolae ad Tim. Tit. Philem. *Ad Latinam verſionem caſtigatus. Omnibus in univerſum lineis novum ſuperinductum fuit atra-*

Num.	Σημεῖα.	
		atramentum, antequam typis erat hic codex in bibliis polyglottis Complut. expreſſus. Scriptus *centuria* VI.
10.	Vien.	Viennenſis. Complectitur Apoc. licet hic non collatus. *Centuria* X.

Quatuor Evangelia.

11.	Barb.	Barbarini decem in bibliothecis Romanis.
12.	B. 1.	Baſilienſis primus. *Bonae notae. Cent.* V.
13.	Bodl. 1.	Bodleianus primus. *Probae notae. Non vetuſtus.*
14.	Bodl. 2.	Bodleianus ſecundus. *E praeſtantioribus. Cent.* XIV.
15.	Bodl. 6.	Bodleianus ſextus. Scriptus *manu peſſima et recenti.*
16.	Bodl. 7.	Bodleianus ſeptimus. *Notae melioris. Non vetuſtus.*
17.	Bu.	Bunkle (D$^{ni.}$) Londinenſis. *Centuria* XIV.
18.	Colb. 1.	Colbertinae Biblioth. Pariſ. *Ab emendatore violatus. Bene antiquus.*
19.	Colb. 2.	Colberti ſecundus. *Scholiis interpolatus. Cent.* X.
20.	Colb. 3.	Colberti tertius. In quo deſunt quindecim prima capp. Matth. et

Num.	Σημεῖα.	
		et duodecim ultimi verſus Joannis. *Scholiis abundat.*
21.	Colb. 8.	Colberti octavus. *Mirifice corruptus. Cent.* XI.
22.	Cov. 1.	Covel (Joannis) Lond. primus. *Notae optimae. Non vetuſtus.*
23.	Cypr.	Cyprius. In biblioth. Colbert. Pariſ. *E probatioribus. Cent.* XI.
24.	Eph.	Epheſius. In bibl. Lambethana. *Accuratus.* Scriptus A. C. M.C.LX.
25.	Euthym.	Euthymii catena in quatuor evangel. In biblioth. Bodleiana. Codex *probus, at plurimis in locis interpolatus.* Scriptus *poſt centuriam* XII.
26.	Gal.	Gale (Thomae) Londin. *Probus, mutilatus.*
27.	Go.	Googe (Henrici).
28.	Gon.	Gonvil. et Caii coll. Cantab. *Negligentiſſime ſcriptus.*
29.	Hunt. 2.	Huntington (Henrici) ſecundus. Deſunt omnia a Joan. vi. 64. ad fin. evang. *E probatioribus. Cent.* X.
30.	Laud. 1.	Laud (Guil.) primus. In bibl. Bodleiana. Incipit a Matth. ix. 36. Deſunt a Matth. xii. 3, ad v. 24 : etiam a cap. xxv. 20, ad v. 32 : et a Joan. v. 18, ad finem evangelii. Scriptus *cent.* X.

Laud

Num.	Σημεῖα.	
31.	Laud. 5.	Laud quintus. Ibid. *Notae praeſtantioris.* Scriptus A. C. M.CC.LXXX.VI.
32.	Lin. 1.	Lincoln. coll. Oxon. Scriptus *initio centuriae* XVI.
33.	Med.	Medicaeus Regius. *E probatioribus.*
34.	N. 1.	Nov. coll. Oxon. primus. *Ineleganti manu ſcriptus. Cent.* XVI.
35.	Per.	Perronii (Cardinalis). *Optimae notae. Cent.* IX.
36.	Roe. 1.	Roe (Thomae). In biblioth. Bodleiana. *Probus.*
37.	Seld. 1.	Seldeni primus. In bibl. Bodleiana. *Bonae notae. Cent.* XIII.
38.	Seld. 2.	Seldeni ſecundus. Ibid. *Pulcre ſcriptus*, A.C.M.CCC.XXX.VIII.
39.	Seld. 3.	Seldeni tertius. Ibid. *Pulcerrimus. Recentior.*
40.	Steph. γ.	Stephani γ. In biblioth. regia. Pariſ. *Probae notae. Cent.* XI.
41.	Steph. ε.	Stephani ε. Ibid. *Melioris notae. Cent.* XI.
42.	Steph. ιβ.	Stephani ιβ. *Inter meliores. Cent.* XI.
43.	Uſſer. 1.	Uſſerianus primus. Penes D. Bulkeley. *Satis probus.*
44.	Uſſer. 2.	Uſſerianus ſecundus. Ibid. *Minus accuratus.*
45.	Wheel. 1.	Wheeler (Georgii) primus. *Probae notae.*

Lectio-

Num.	Σημεῖα.	
		Lectionaria evangelica.
46.	Bodl. 3.	Bodleianus tertius. *Mutilus. Cent.* X.
47.	Bodl. 4.	Bodleianus codex quartus. *Mancus. Melioris notae. Cent.* XII.
48.	Bodl. 5.	Bodleianus quintus. *Magnificus.* Scriptus *manu recentiori.*
49.	Laud. 4.	Laud (Guil.) In biblioth. Bodleiana quartus. Scriptus A. C. M.XL.VII.
50.	M. 2.	Moore (Joannis) ſecundus. In biblioth. public. Cantab. Scriptus A. C. M.
51.	Seld. 4.	Seldeni quartus. In biblioth. Bodl. *Mutilus. Vetuſtus.*
52.	Seld. 5.	Seldeni quintus. Ibid. *Lectionarii fragmentum vetus.*
53.	Wheel. 3.	Wheeler (Georgii) tertius. *Centuria* X.
		Matth. Luc. et Joann.
54.	Steph. 18.	Stephani 18. *Notae praeſtantioris. Cent.* XI.

Matth.

Num.	Σημεῖα.	
		Matth. et Marc.
55.	Colb. 4.	Colbertinae biblioth. quartus. Complectitur tantum ſex priora et partem ſeptimi capitis Marci. *Recentior.*
		Luc. et Joann.
56.	Wheel. 2.	Wheeler (Georgii) ſecundus. Deſunt decem priora capp. Lucae et duo vel tria folia Joannis.
		Matthaei.
57.	Colb. 5.	Colberti biblioth. Pariſ. quintus. Qui incipit a Matth. x. 22. et deſinit ad finem cap. XXV.
58.	Chryſoceph.	Chryſocephali catena in ſeptem priora capp. Matth. Oxon. A. C. D.CCCC.XCV.
		Joannis.
59.	Trit.	Trithemii. In bibl. Bodl. *Perquam eleganter deſcriptus. Centuria* XV.

Num. Σημεῖα.

Quatuor Evangelia et Acta Apoſtol.

60. Cant. 1. Cantabrigienſis, olim Bezae, codex primus. Gr. Lat. *Latini ſcribae, interpolatus maxime.* Mutilus eſt ad Matth. i. 20. Deſunt latina verſione a Matth. xxvi. 65, ad xxvii. 2. Graeca autem a xxvii. 2, ad 12. Textus graecus *recentiori manu* deſcribitur a C. iii. 8, ad 16. Verſio latina eſt *recentioris characteris* a Marc. xvi. 6, ad finem cap. et graecus textus a xvi. 16, ad finem. Graeca deſunt a Joann. i. 16, ad iii. 26. Latina a Joann. i. 16, ad iii. 16. Verſio latina *recentiori manu* deſcripta eſt a Joann. xviii. 2, ad xx. 2. Graecus autem textus a Joann. xviii. 15, ad xx. 13. Deficit lat. ab Act. viii. 20, ad x. 4. Gr. ab viii. 29, ad x. 14. Deficit lat. ab Act. xx. 31, ad xxi. 3. Gr. a xxi. 3, ad 10. Deficit lat. ab Act. xxii. 3, ad 10. Gr. a xxii. 11, ad 20. Lat. a xxii. 20, ad finem libri; Gr. a xxii. 29, ad finem libri Actorum. Scriptus *centuria* IV.

Stephani

Num.	Σημεῖα.	
61.	Steph. β.	Stephani β. *Corruptus, interpolatus. Centuria* XI.
62.	Steph. η.	Stephani η. In bibl. regia Pariſ. *Non bonae notae. Centuria* XI.
63.	Mont.	Montfortii. Codex eſt in biblioth. Dublin. totius N. T. licet in his tantum libris lectiones ejus ſint excerptae. *Minus accuratus.* Scriptus *poſt centuriam* XI.

Quatuor Evangelia et Apocalypſin.

64.	M. 1.	Moore (Joannis) primus. In bibl. Cantab. *Evangelia* ſcripta A. C. M.CC.XCVII. *Apocalypſis multo recentior, tamen notae probatioris.*

Acta Apoſtolorum.

65.	Colb. 6.	Colberti biblioth. Pariſ. ſextus. *Scholiis aſperſus. Cent.* XI.
66.	Laud. 3.	Laud (Guil.) tertius. In bibl. Bodl. Gr. Lat. Deſunt ab Act. xxvi. 29, ad xxviii. 26. *Egregie interpolatus. Cent.* VIII.

Num.	Σημεῖα.	
		Acta et epiſtolas omnes.
67.	Barb.	Barberini octo MSS. In bibliothecis Romanis.
68.	B. 2.	Baſilienſis ſecundus. *Accuratus. Cent.* XII.
69.	Cov. 3.	Covel (Joannis) Lond. tertius. Incipit ab Act. i. 11. *Scholiis hic illic interpolatus, alias probus. Cent.* XII.
70.	Cov. 4.	Covel quartus. *Probus. Recens.*
71.	Euthal.	Euthalianae editionis exemplar, quae facta fuit A. C. cccc. LVIII.
72.	Genev.	Genevenſis. *Probus, ſcribae oſcitantis.*
73.	Lin. 2.	Lincoln. coll. Oxon. ſecundus. In quo deſunt novemdecim priores verſus epiſt. ad Rom. et ſexdecim priores verſus 2 Petri. *Accuratus. Vetus.*
74.	N. 2.	Novi coll. Oxon. ſecundus. Caret quinque ultimis verſibus epiſ. ad Hebb. quos tamen ſupplevit peſſima manus. *Non optimae notae. Recens.*
75.	Pet. 1.	Petavii Pariſ. primus. *Satis accuratus. Cent.* X.
76.	Steph. 1.	Stephani 1. In biblioth. regia Pariſ. *Non magnae fidei. Cent.* XI.

Stephani

Num.	Σημεῖα.	
77.	Steph. ια.	Stephani ια. *Non magnae fidei.*
78.	Steph. ιγ.	Stephani ιγ. *Comites habet meliores* in Actis, *alias malae notae. Cent.* XI.
		Act. et epiſtolas catholicas.
79.	N. 1.	Novi coll. Oxon. primus. Caret omnibus ab Act. i. 18, ad ii. 11. *Nobile exemplar, notae optimae. Cent.* XIII.
		Act. epiſt. catholic. et ad Hebr.
80.	Cant. 2.	Cantabrigienſis ſecundus. Mutilus eſt decem prioribus verſibus cap. i. Actorum. Deſunt omnia ab Act. xviii. 20, ad xx. 14. et a Jac. v. 14. ad finem epiſtolae; etiam tres priores et pars quarti verſus cap. i. epiſtolae primae Petri. In biblioth. coll. Chriſti. *Probae notae. Cent.* XI.
		Act. epiſtolas omnes et Apocal.
81.	Baroc.	Baroccianus. In bibl. Bodleiana. Incipit ab Act. xi. 13. et mutilus

Num.	Σημεῖα.	
		mutilus eſt tribus ultimis capp. Apocalypſεως. *E probatioribus. Cent.* XII.
82.	Cov. 2.	Covei (Joannis) Lond. ſecundus. *E probatioribus.* A.C. M.LXXX.VII.
83.	Hunt. 1.	Huntington (Henrici) primus. Incipit ab Act. xv. 19. *Notae praeſtantioris. Cent.* X.
84.	Pet. 2.	Petavii Pariſ. ſecundus. Caret omnibus a 1 Cor. iii. 16, ad x. 13. Item a 2 Cor. xi. 25, ad xii. 11. et epiſtola Jacobi, et a 3 Joann. 9. ad fin. *E probatioribus.*
85.	Pet. 3.	Petavii Pariſ. tertius. *Bonae notae.*
86.	Sin.	Sinai. Penes Joannem Covel. S.T.P. Lond. Incipit ab Act. i. 21. *Madore tantopere corruptus eſt, ut perierit plane ipſius pars maxima.*
		Epiſtolas omnes.
87.	Cant. 3.	Cantabrigienſis tertius. In coll. Emmanuelis; in quo omnia deſunt, aut non legi poſſunt in epiſtolis catholicis uſque ad 2 Pet. ii. 4. Deſunt etiam omnia a 1 Joann. iii. 20. ad finem epiſtolae.

Num. | Σημεῖα.

tolae. Deſunt ſecunda et tertia Joannis epiſtolae, et epiſtola Judae: et in epiſtolis Paulinis intercidere a 1 Cor. xi. 7, ad xv. 56. et ab Heb. xi. 27. ad finem epiſtolae. *Accurate ſcriptus, bonae notae, et inter praeſtantiores.*

88. Colb. 7. Colberti biblioth. Pariſ. ſeptimus. *Scholiis hic illic aſperſus, alias notae praeſtantioris. Cent.* XI.

Epiſtolas Paulinas XIV.

89. Clar. Claromontanus. In bibl. regia Pariſ. Gr. Lat. Incipit a Rom. i. 7. Latina verſio obliteratur a 1 Cor. xiv. 8, ad 18. Deſunt in latina verſione ab Hebr. xiii. 21. ad finem epiſtolae. *Purior Cant.* 1. *cujus videtur eſſe altera pars.* Scriptus *ante aetatem Hieronymi*, inquit Millius ad Gal. iv. 25. Judice autem Simonio, *centuria* VII.

90. Ger. Germani (Sancti) a Pratis Coenobii. Gr. Lat. Mutilatur a Rom. viii. 22, ad 34. ab initio 1 Tim. ad vi. 16. Deſiderantur quinque ultimi verſ. epiſt. ad Hebr. in latina verſione. *Ejuſdem indolis cum Cant.* 1. *et Clar.* Scriptus *ante*

Num.	Σημεῖα.	
		ante Hieronymum, inquit Millius ad Gal. iv. 25. Judice autem Simonio, *centuria* VII.
91.	Roe. 2.	Roe (Thomae). In biblioth. Bodl. ſecundus. *E probatioribus.*
		Rom.
92.	Catena.	MS. in ep. ad Rom. in bibl. Bodleiana. Scripta A.D. M.DC.I.
		Rom. et 1 *et* 2 *Cor.*
93.	Magd. 2.	Magdalenae coll. Oxon. ſecundus. *Lectionem fere exhibet ſanam, ipſique Apoſtolicae conſentientem.*
		1 *et* 2 *Cor. Gal. Philip. Coloſſ. Apoc.*
94.	Steph. ιε.	Stephani ιε. In bibl. regia Pariſ. *Inter meliores. Antiquior.*
		1, 2, *et* 3 *Joannis.*
95.	B. 3.	Baſilienſis tertius, cui inſunt etiam Acta, et omnes epiſtolae, licet

Num.	Σημεῖα.	
		licet in his non collatus. *Haud admodum vetuſtus.*
		1 *Pet.* 1 *Joann.*
96.	Trin.	Trinitatis Aulae Cantab. *lectionarium vetus.*
97.	Rhodienſis	Codex. In bibliotheca publica Complutenſi. Primae epiſt. Joannis et ſecundae Petri lectiones collegit Millius, a quo citatur etiam notis ad 2 Cor. et ad epiſt. Jacobi. Complectitur tamen hic codex omnes epiſtolas Apoſtolicas. *Ad latinum codicem caſtigatus eſt.*
		Apocalypſin.
98.	Barb.	Barbarini (Cardinalis) codices quatuor in bibliothecis Romanis.
99.	Steph. 15.	Stephani 15. Deſunt capp. xxi, xxii, et pars cap. xx. Apocalypſeως. *Inter meliores.*
100.	Vel.	Veleſii ſylloge lectionum codicum MSS. XVI. *Non notavit autem* Veleſius *quibus ex libris ſingulae lectiones ſint depromptae. Huic in animo haud aliud*

Num.	Σημεῖα.	
		fuit, quam ut eas ſolas lectiones notaret, quae favebant editioni vulgatae latinae.

Codices MSS. a Kuſtero collati, qui continent

Quatuor Evangelia.

101.	Lipſ.	Lipſienſis codex. *Centuria* XI.
102.	Pariſ.	Pariſienſis 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8, 9. Pariſ. 2. Scriptus *cent.* IX. Pariſ. 6. Incipit a Matth. ii. 19. Pariſ. 9. *Inſignis vetuſtatis. Vetus ſcriptura Pariſ. 9. quae exhibet N. T. pene obliterata eſt, et latet ſub recentiori ſcriptura quae exhibet D. Ephremi opuſcula.*

Act.

Num.	Σημεῖα.	
		Act. epistolas omnes, et Apocal.
103.	Seidel.	Seidelianus codex. *Cent.* x. *Epistolas Paulinas* XIII.
104.	Borner.	Bornerianus. Gr. lat. *Notae satis probae. Cent.* IX.

Index versionum antiquarum N. T.

Num.	Σημεῖα.	
105.	Aeth.	Aethiopica versio. *Turbida, omnino inaccurata.*
106.	Arab.	Arabica versio. *Non magnae notae.*
107.	Armen.	Armena versio. *Codex* Armeni *interpretis erat e probatioribus, tamen paululum interpolatus. De verbo ad verbum Graeca refert. Antiquissima.*

Num.	Σημεῖα.	
108.	Copt.	Coptica. Apocalypſis deeſt. Verſio *expreſſa eſt ad optimos et antiquiſſimos codices Graecos.*
109.	Goth.	Gothica verſio complectitur tantum quatuor evangelia. Incipit a Matth. v. 15. Deſunt a Matth. vi. 32, ad vii. 12. a x. 1, ad 23. a xxvii. 19, ad 42. et a Marc. vi. 30, ad 54. a vii. 17, ad 20. a xiii. 28, ad xiv. 5. a xiv. 16, ad 41. a xvi. 12, ad finem Marci. a xii. 38, ad xiii. 17. et a Luc. x. 31, ad xiv. 9. a xvi. 24, ad xvii. 3. a xix. 14, ad 24. a xx. 37, ad finem Lucae. A Joann. i. 1, ad v. 45. a xii. 49, ad xiii. 11. a xix. 13, ad finem Joannis. *Notae optimae. Per-antiqua.*
110.	Perſ.	Perſica verſio. *Nullius notae, confecta ex Syriaca.*
111.	Sax.	Saxonica evangeliorum verſio. *Compoſita ad exemplaria veteris Italicae.*
112.	Syr.	Syriaca. Verſio antiqua Syriaca non habet 2 Pet. 2 et 3 Joann. Judae epiſtolas, nec Apocal. Quarum verſio Syr. in bibliis Polyglottis Waltonianis adjecta eſt a recentiori editione. A quo autem, vel quando hae epiſtolae & Apocalypſis in linguam

Num.	Σημεῖα.	
		guam Syriacam translatae sunt, supra vires meas (inquit Cl. Pocockius) est disquisitio. Versio *accurata, proba. Cent.* II.
113.	Vulg.	Vulgata versio Latina, dicta etiam Italica, ante castigationem Hieronymi, *adornata erat ad optimos codices Graecos. De verbo ad verbum graeca refert.* Exstat haec versio Italica in MSS. Cant. I. Clar. Ger. et in citationibus apud patres latinos antiquiores. *Cent.* II.

FINIS.

ERRATA.

PRAEF. pag. v. lin. 22. lege MSS. p. vi. l. ult. pro *qua-* lege *tres.* p. xi. l. ult. lege *Graecos.* p. xvi. l. 13. lege *Rhodienſis.*

In INDICE.——P. 10. l. 24. lege *epiſt.*